

Kreis
Steinfurt

S 189

1275 Dezember 20 Münster.

[75

Everhard, Elect von Münster, genehmigt als Lehnherr den Verkauf des Erbes Hölver oder Holing in der Bshft. Lembeck, Kspl. Nordwalde, an die Kommende Steinfurt und die ihm dafür als Entschädigung angebotene Übertragung des Erbes Buermeister im Kspl. Altenberge, Bshft. Westerbeld.

Everhardus, Dei gratia ecclesie Monasteriensis electus, omnibus presentia visuris notum facimus, quod cum Lothewicus de Oldenberge miles domum dictam Lembeke sitam in parrochia Nortwalde, quam a nobis et ecclesia Monasteriensi loco homagii tenuerat religiosus viris magistro et fratribus domus hospitalis Jerosolimitane in Stenvorde nostre dyocesis pro quadam summa pecunie, prout inter ipsos hinc inde convenit, vendidisset, idem Lothewicus constitutus presentialiter coram nobis dictam domum cum suis attinentiis libere resignans petivit, ut eandem domum cum suis attinentiis, ita quod versa vice proprietatem domus Burmesterinc plus valentem reciperemus, magistro et fratribus domus predictae donare vellemus. Nos igitur petitioni ipsius volentes annuere in premissis de consensu expresso . . . decani et capituli nostri Monasteriensis proprietatem domus Lembeke prefate magistro et fratribus sepedictis duximus conferendam, recipientes versa vice a Lothewico predicto proprietatem domus Burmesterinc site in parrochia Oldenberge, sicut ad ipsum proprietatis iure pertinebat, ipsumque loco homagii infeodavimus de eadem. In cuius rei testimonium presens scriptum tam nostro quam ecclesie nostre Monasteriensis sigillis fecimus communiri. Actum Monasterii, anno Domini M^occ^o septuagesimo quinto, in vigilia Thome apostoli.

Orig. 2 Siegel; das des Bischofs ab, das des Domkapitels erhalten. VIII. Rep. II. 1. b. 22. Nr. 6. Kopien im Kopiar B fol. 46 u. A fol. 52*. Regest Niefert, V. S. 54 Nr. 1; vergl. WUB. III. 973. Gedruet Darpe, S. 19.

189